



FA-C13-36

NAVIS INSTITORIS.  
**IMMACULATA DEI-PARA,**  
 QVAM,  
 PROPRIÀ AUSPICE THALÍÀ  
 PLAUDEBAT,  
**D. D. ANTONIUS AMO,**  
 & de Muñoz,  
 Collegii Cordellenfis dignissimus Collega, in Regiis So-  
 cietatis JESU, Scholis Rhetorices, & Poeseos Candidatus,  
 & Marianæ, Eximia Congregationis  
 Alumnus meritissimus.

*In Bethlehemitico Templo, horâ 3. à meridie.*



Die 30.

Maii 1746.

Barcinone: Ex Typ. Francisci Surià, in vico Palcæ.

R. 26283

Videtur quod... quibus...  
Orbis... cognita...  
Ephorus...  
Liber...  
Dona laboris...

# RECIPERE

Mr. Gabriel...  
Cordoba

Die 2. Maii 1748  
Imprimatur  
Al. de...  
Signatus

Die 3. Maii 1748  
Imprimatur  
Vile. & Campi, V. C.  
Off.

NAVIS INSTITORIS. FA-C13-36  
IMMACULATA DEI-PARA,

QVAM,

PROPRIA AUSPICE THALIA

PLAUDEBAT,

D. D. ANTONIUS AMO,

& de Muñoz,

Collegii Cordellensis dignissimus Collega, in Regiis So-  
cietatis JESU, Scholis Rhetorices, & Poeseos Candidatus,  
& Marianæ, Eximiæ Congregationis  
Alumnus meritissimus.

*In Bethlehemitico Templo, horâ 3. à meridie.*



Die 30.

Maii 1746.

Barcinone: Ex Typ. Francisci Surtà, in vico Paleæ.

IMMACULATA DEBARA





AVIS ab Eóo, quæ divite pondere, tractu  
Dona laboratæ Cereris, pretiumque salutis  
Humani Generis nostras subvectet ad oras,  
Sese commissura mari, spectabilis ultrò  
Objicitur menti. Vos, ò Sacra Numina ponti  
Nereides, quibus alta dedit super æquora, sævo  
Fuscina dente minax, nullo discrimine aquarum  
Instruxisse choros; vario, precor, ordine latè  
Pingite purpureo neptunia regna colore:  
Sternite, quæso, viam, pelagi componite motus,  
Ut quâ cæruleum latè diffunditur æquor,  
Nacta viam per aperta, Ratis super ambulet undas.

Ergò age: Tuta silent pelagi vada cærulea, Teque  
Crede mari, Puppis, cui credita totius Orbis  
Digna salus, nostrasque veni felicibus oras  
Auspiciis. Non Te gemmarum pondus, & auri  
Detineat, paveasque tot horrida monstra ferarū  
Quotquot in immenso bacchantur gurgitis imo  
Solis inaccessso radiis, & inhospita ponti  
Saxa colunt, totisque canunt lachrymabile terris  
Exitium. Si sæpè malo speranda salutis  
Est via, nunc equidém credo. Submerserit omne

Quòd Genus Humanum torrentibus ira Tonantis,  
Littoribusque freti dejectis, presserit imo  
Tecta, viros, galeasque, & inertia corpora, vindex  
Immensa sub mole Deus: Satis esse peractum  
Hoc semél; aut rursús non committenda periclis  
Est rerum ventura salus, spes unica Mundi,  
Gloria Cœlorum, Neptuni Regia, Puppis.

Ast quám felici jám jám subit æquora Navis  
Flumine? Quám placidé ponti vada salsa Carina  
Scindit, & á tergò compressa remurmurat unda?  
Quám, vel fronte salum, aut spumantes eruit æstus  
Despectá tellure procúl? Quám grata per undas  
Mole triumphat aquis, & fluctibus usa secundis  
Navigat? Effulgent summo carchesia malo  
Auro intertexto. Cedrinus, quoque malus, in ipso  
Vertice, purpurei subnectunt vela rudentes,  
Intactas vel iussa nives, vel lactis amænos  
Vincere, quæ possent rivos. Micat Aurea Puppis,  
Non hominum cælata manu, temerataque ferri  
Inclusis intús clavis; sed robore Puppim  
Æterno firmant vectes: Opus arte Tonantis  
Artificis dignū, manibusque: Unum omnia contrà  
Tela inimica Erebi, tenebrosaque regna Barathri.  
Ast Remi, quibus alta secans ratis æquora, pontū  
Verrit, inaurati. Radiat non discolor auro  
Unda

Unda maris, quali Danaem modò fallere posset  
Juppiter in pretium versus, laturus ad Orbis  
Littora spem miseris, longo quos tempore vexat  
Turpis egestatis vitium, miserandaque vultus  
Confecti macies, & sacra fatigat edendi,  
Unius ob noxam, rabies jejuna ciborum.  
Præterea tabulæ non enarrabile textum,  
Undique, tot gemmis, electro, auroque recocto  
Firmat utrumque latus, nunquàm penetrabile telo,  
Viribus, aut ullis, stygii non militis hastæ.  
Imò, & si qua foret telorum pugna cruento  
Æquore, quam cieret ratibus navalis Enyo;  
Armorū genus omne refert: Spisso ordine fulgent  
Arcus lethiferi, lucentia spicula ferro,  
Hastæque, & celsæ galeæ, cristæque comantes,  
Thoracesque graves auro, & mucronibus enses  
Terrifici, passimque micant, gressumque morantur:  
Tantæ molis erat, Navim struxisse *MARIAM*.

Sed quod mirandū magis est, Deus ipse Magister,  
Ipse Governator, Navi, velisque ministrat,  
Puppe sedens altâ, clavoque immobilis hærens  
Húc, illúc mirâ arte regit, flectitque Carinam  
Inter tot scopulos, inter tot fervida metis  
Spumea saxa maris, nè *Puncto* discrepet uno  
Sidere hyperboreo Navis, quæ tramite recto  
Cal-

Calcatūra foret pelagus, secūra periclis  
Sola Parentis Adæ: Quoniām non fisa sereno  
Navigat illa polo, nec tot splendentibus astris  
Docta Ratis contendit iter; sed ducta per altum  
Numinis it dextrā Puppis, præventa tot ante  
Sæcula naufragiis; moveat licet Africus undas,  
Atque procellosum feriat mare sidera lymphis;  
Et quamquām sine sole dies, licet obrutus undis  
Mergat equos Titan, & nox illunis, & astra  
Nulla polo, tamén ipsa, procul formidine, Navis  
Tuta penetraret spumantis marmora ponti.

Non sic è patriis veniens Regina Canopi  
Littoribus, tanto luxu se credere ponto  
Ausa videbatur: Non sic è montibus ortæ  
Idaliis (famæ si quidquām credimus) errant  
Delphinum in morem super æquora salsa, Triremes.  
Nec sic Thessalicæ pretioso vellere pubis  
Robora lecta virûm, primâ petiere Carinâ  
Per mare non notû; quām pondere grata per undas  
Navigat hæc Puppis, miranti gurgite luxum.  
Illa trahens quidquid, vel messe lybisside lectum,  
Vel septemgemino perfundit flumine Nilus,  
Littoris humani, plenis subit ostia velis.  
Quid memorē cultū nautarum, aut gaudia Mundi  
Puppe adventanti? Vos conscia sidera testor,  
Vi-



Vidistis quoniám , quibus ignibus obvia latè  
Orbis inarserunt confinia , quantus ad auras  
Æthereas ierit clamor , cúm Puppe *MARI*â  
Institor ipse Deus , miseris solatia , nostras  
Dona laboratæ Cereris perferret ad oras.

# CECINI.

*Vt. Gabriel Grañò , Soc. Jesu , Rector Collegii  
Cordellens.*

*Die 8. Maii 1746.  
Imprimatur.  
Vila , & Campa , V. G.  
& Off.*

*Die 9. Maii 1746.  
Imprimatur.  
M. de Puerto nuevo,  
Regens.*